Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Contra filios fuisse non sonus. Nec ꝛ. sita fuisse & ad usus impudicos ganymedem pronepotem suum habere potuisse: stagq; pareentibus illorum: quos supra nominauimus congruenter annos duraisse: nisi consentiat: Ab excidio autem troiane urbis colligunturanni mille quadringenti septuaginta: Ex hac temporum ratione manifestum est antea annos non amplius ꝗ mille octingentos natum esse Saturnum: qui sator omnium deorum fuit: Non ergo isti glorientur sacrorum vetustate: quorum & origo & ratio & tempa deprehensa sunt:

.xxiij. Restant adhuc aliqua: quae ad arguendas religiones falsas plurimum valent: sed iam finem libro facere decreui: ne modum excedat: Ea ꝛ. plenius sunt exequenda: ut omnibus refutatis: quae veritati videntur obstare: homines qui bonorum ignorantia vagantur incerti ad religionem veram possimus imbuere: primus autem sapientiae gradus est falsa intelligere: Secundus veri agnoscere: Ergo apud quem prima haec institutio ꝛ. profecerit: quia falsa deteximus: excitabitur ad veri agnitionem: qua nulla est homi. iocundior voluptas: & erit iam celestis disciplinae sapientia dignus: qui ad agnoscenda cetera liberis ac puratus accesserit:- finit liber primus.

Sapientiae gradus.

L. Coelij Lactantij firmiani diuinarum institutionum adu sus gentes Libri secundi de origine erroris. Capitula feliciter incipiunt:-

I. Quod rationis obliuio & ignorantia sui facit homines ignaros veri dei: qui colitur in aduersis & in prospitate contemnitur.
II. Quae fuerit prima causa fingendi simulacra: & q; verissima dei imago sit homo. & q; extra se deum nemo fideliter colit:
III. Quod cicero & alij: qui iudicantur sapientes: ceteris deterius peccauerit.
IIII. Quod nihil maiestatis & reuerentiae habent idola.
V. Quod solus omnium creator verus deus est solusq; colendus nec celestia nec corpora celestia aliquid diuinitatis habent: in quo & stoici decipiuntur: q; & stellas deos putant: quae non sua voluntate mouentur. sed dei: & qua ratione eas sic voluerit
VI. Nec terra nec aqua nec aliqua pars mundi. nec totus deus est: nec est animatus sicut stoici mentiuntur. & quod affirmant pariter & euertunt:-